ANDREAE TI-
RAQVELLI IN CVRIA
PARISIENSI SENATORIS
COMMENTARII.

In L. Boues, §. Hoc ſermone, ff.
de verbor. ſignif.

PARISIIS,

Apud Poncetum le preux via ad D. Iacobum,
ſub Lupo.

1554.

CVM PRIVILEGIO REGIS
ad decennium.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA

PAR priuilege du Roy, donné à Iacques Keruer, marchant Libraire iuré en l'vniuerſité de Paris, luy eſt permis imprimer & vendre, ce preſent liure intitulé In L. Boues. §. Hoc ſermone, ff. de verbor. ſigni. Faict & cōpoſé par Monſeigneur maiſtre André Tiraqueau, Conſeiller du Roy noſtre ſire en ſa court de Parlement à Paris : & defences à tous Libraires & autres marchans quelconques de ce Royaume, de non vendre ny diſtribuer autres que ceulx imprimez par ledict Iaques Keruer, iuſques au temps & terme de dix ans: à cōpter du iour & datte qu'il ſera acheué d'imprimer, ſur les peines contenues audict priuilege. Donné à Paris le xij. iour de Feburier, Mil cinq cens cinquante trois.

Ceſte impreſſion à eſté acheuée le. xviii. iour de Iuillet,
Mil cinq cens cinquante quatre.

ORNATISS. PRAESVLI,

NICOLAO PELLEVAEO AMBIANEN.

epiſcopo, regio in ſanctiore conſilio conſiliario Andreas Tiraquellus regius in Pariſienſi curia Senator.

S. P. D.

QVO ex tempore, à ſenatorio hoc munere, ad Ambianenſẽ Præſulatum, maximo totius noſtri ordinis deſyderio aſſumptus es, Antiſtes illuſtriſ. ſemper in animo habui, veterem illam neceſſitudinem, quá & ſtudiorũ ſimilitudo, & eius temporis conſuetudo, quo vnà magiſtratu iſto fungebamur, conciliârant, omni officiorũ genere, vt debui, non alere ſolùm aut retinere,

ANDREAE TIRAQVELLI REGII IN CVRIA PARISIENSI SENATORIS COMMENTARII

In L. Boues, §. Hoc ſermone, ff. de verbor. ſigni.

*

HOC SERMONE DVM NVPTA ERIT, PRIMAE NVPTIAE SIGNIFICANTVR.

EX HOC §. noſtri iurium interpretes paſsim & vbique hanc generalem regulam aſſumũt. SERMONEM ſimpliciter prolatum de primo intelligi, id eſt, primo atque vno actu cõſumi, perfici, finiri: ita vt ampliùs locum non habeat. Quamquidem regulam Alex. con. 16. breuiter in caſu præmiſſo, col. 2. num. 9. lib. 4. dicit in omni diſpoſitione

LIMITATIONES.

Prima limitatio.

SED hæc multis modis limitanda ſunt. Et vt ſequar ordinem Fely. in d.ca. ſecũdo, de treug. & pac.

1 ¶ PRIMO limita, vt non procedat, quando non valuit primus actus, quia tunc reiterandus eſt, nam diſpoſitio loquens de actu, intelligitur de primo qui valuit, per textus in l.qui per ſalutem, ff.de iureiuran. vbi qui per ſalutem ſuam iurat, cùm non ita ſpecialiter iuſiurandum eſſet ei delatum, iuraſſe non videtur, & ideo ex integro ſolemniter iurandum eſt, ex quo Bart. no. ſi non legitimè iuratum eſt, iterum iurandum eſſe. Bald. autem ex eo dicit, quòd omiſsio modi & formæ reddit actũ nullum, tamen iteratò fieri poteſt cum obſeruatione debitæ formæ. Et ita (inquit) intelligenda eſt, l.boues, §. hoc ſermone, ff.de verb. ſignifica. cũ ſcilicet primus actus eſt validus. Dicit quoque per eum tex. quòd manda tum citandi nõ finitur per citationem inualidam, id quod dicit no. dignum Alex. in l.ſerui electione

TERMINOS · EIVS · CONSTITVISTI ·